

8178 A. Terentius Terentiae | Domiti l. Heracleo. | Quisquis es,
homo, et vos sodales meos cunctos | rogo per deos superos inferosque,
ni | velitis ossa mea violare.

Romae (VI 5886 vidit Henzen).

8179 dis manibus | C. Larinatis Attici. | Quod si quis ossa | eius
preiecerit aut | hanc aram apstulerit, | habebit sacra Isidis | illius¹ quieta
irata (*in latere dextro urceus, ex quo anguis exit; in lat. sin. sistrum et patera*).

Romae (VI 24129 vidit Henzen). — 1) *Sc. defuncti (cui videtur tribui Isis sua). Ad hunc titulum fictus X 487*.*

8180 dis manibus | C. Pontuleni | Coeni Pontulena Prepusa | mater
et Delphicus pater | filio fecerunt, vixit annis V | menses XI et dies
XXVIII. | II. aram s. q. l., h. i. i.¹

Florentiae, Roma ut videtur adlata (VI 24760 ad exemplum Gorii). — 1) *Hanc aram si quis laeserit, habeat Isidem iratam (sic iam Gorius).*

8181 C. Cassius C. f. Imi[*lar?*] | def.¹ publ. suis sumptibus. | Qui
me commusserit², | habebit deos iratos et | vivus ardebit, v. a. CXIII.
(*Alios titulos in eodem lapide perscriptos omisi.*)

Maclari (VIII S. 41825 vidit Cagnat). — 1) *Defensor.* — 2) *Intellege: commoverit; cf. VI 7652: [si quis] ossua mea amoverit. Infra N. 8186.*

8182 quisque huic | tutulo (*sic*) manus | intulerit, sale et | aqua de-
sideret¹.

Romae (VI 29945 vidit de Rossi). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 4799.*

8183 have, dulcis! | Popilia Alexandria rarissima | femina, a. XXXV,
hic sita est. | M. Ulpus Ingenuus h. m. et sibi. | Dulcis, vale!

Quid lacrimas? factum est, | vir bone, vive, vale!¹

Sed tibi, invide, opto, qui | ossucula mea hic sita esse | gemis, morte tar-
data vivas | aeger inops.²

Romae, nunc Florentiae (VI 24800 vidit Henzen). — 1) *Buecheler carm. epigr. n. 4299.* — 2) *Hic quoque versus subesse putat Bue.*

8184 dis man. | C. Tullius Hesper | aram fecit sibi ubi | ossa sua
coiciantur. | Qua (*sic*) si quis violave|rit aut inde exeme|rit, opto ei, ut cum |
dolore corporis | longo tempore vivat | et cum mortuus fue|rit, inferi eum
non | recipiant.

Romae rep. ad viam Ostiensem (VI 56467 = Notizie degli scavi 1899 p. 274).

8185^a quisquis | hoc sustulerit | aut laeserit, | ultimus suo|rum
moriatur.

8185^b quisquis | hoc sustuler. | aut iusserit, | ultimus suo|rum
moriatur.

Romae (VI 29946^b hanc vidit Henzen, illam dicitur vidisse Holstenius).